DE SESTERTIO Dissertatiuncula ex Opusculis Posthumis Viri Celeberrimi D. D. *Isaaci Barrow* nuper editis decerpta.

Gassendus pecuniam Gallicam confert cum multiplis sestertii nummi: Supponit autem denarium, Sestertii quadruplum, sub primorum Cæsarum *temporibus octavam unciæ partem æquasse pondere: quam hypothesin aliquatenus redarguit noster Gravius:* (De Den. pag. 96, & 113.) *probat enim sub illis, qui Vespasiano priores imperarunt Cæsaribus, varium & inconstans denarii pondus extitisse; majus scilicet & minus alternatum, sæpius tamen decrescendo, ita ut ab Augusto ad Vespasianum decreverit a septima parte unciæ ad partem octavam; in quo ferme statu perstitit a Vespasiano ad Alexandrum Severum.*

Unde consequi videtur ad lectionem veterum authorum magis conducere, ut moderni nummi cum Consulari denario (recentiore nimirum) comparentur, tum quoniam is stati certique ponderis fuit (unciæ septimam partem adæquans) tum quia tempus, quo in usu fuit, plerosque comprehendit poetas & historicos nobiliores, tum quia verisimilius est præcipuos authores ad hunc potius respexisse, quam ad Cæsarium illum mutabilem & nullo certo pondere definitum. Pag. 119.

Denarium vero Consularem noster Gravius (Pag. 61. 94, &c.) *ex appensis multis denariis, ex eorundem cum aliis aureis argenteisque nummis (Romanis, Hebræis, Grecis, Persicis, &c.) collatione, & ex Vespasianei congii mensura deducit cum* LXII *granis Anglicis æquiponderare.* (Pag. 81.) *Unde cum denarius noster octo grana pendat, Consularis iste denarius valebit septem denarios nostros cum tribus quartis. At denarius Cæsareus,* $\frac{1}{8}$ *unciæ pondus habens, pendet* $54\frac{1}{4}$ *grana, valebitque denarios* $6\frac{1}{32}$.

Breerwoodus autem denarium Consularem ($\frac{1}{7}$ *unciæ pendentem*) *æstimat denariis nostris* $8\frac{4}{7}$; *& Cæsareum* ($\frac{1}{8}$ *unicæ*) *denariis* $7\frac{1}{2}$: *quæ magna est a Gravio discrepantia. Sed is non videtur Romana pondera cum nostris accurate contulisse.*

In

In eo quoque graviter errare videtur idem Breerwoodus, quod Cæſareum denarium Atticæ drachmæ putat æqualem: cum huic potius æquetur denarius Conſularis; imo quum exquiſitius rem penſitando Attica drachma etiam Conſularem denarium (tanto majorem Cæſareo) 5 granis Anglicis exſuperet, ut luculente probat Gravius. Pag. 72.

Conſultius itaque viſum eſt a Gravio adſertis proportionibus adhærere; Et cum Conſulari nummo pecunias noſtras conferre. Quibus ex ſuppoſitis adjuncta tabella computatur.

Tabula valorem Nummi *Romani* in moneta noſtra *Angliæ* exhibens.

	Lib.	Sol.	Den.	ob. 2æ.	Q. 4æ.	C. 8æ.	16æ
IIS. Seſtertius. 2½ Æris.	1	000	00 01	1	1	0	3
	2	000	00 03	1	1	1	0
	3	000	00 05	1	1	0	1
X Denarius. 10 Æris.	4	000	00 07	1	1	0	0
	5	000	00 09	1	0	0	3
	6	000	00 11	1	0	1	0
	7	000	01 01	0	0	0	1
	8	000	01 03	1	0	0	0
	9	000	01 05	0	1	0	3
	10	000	1 7	0	1	1	
	20	000	3 2	0	3	0	
	30	000	4 10	0	0	1	
Centum æris 10 Denarii.	40	000	6 5	1	0	0	
	50	000	8 0	0	3	1	
	60	000	9 8	0	1	0	
	70	000	11 3	1	0	1	
	80	000	12 11	0	0	0	
	90	000	14 6	0	1	1	
	100	000	16 1	0	3		
	200	001	12 3	1	0		
	300	002	8 5	0	1		
Mille æris. 100 Denarii.	400	003	4 7	0	0		

		Lib.	Vol.	Den.	Q. 4as.
	500	4	0	8	3
	600	4	16	10	2
	700	5	13	0	1
	800	6	9	2	0
	900	7	5	3	3
Seſtertium.	1,000	8	01	05	2
	2,000	16	02	11	0
	3,000	24	04	04	2
Decem millia æris, 1000 Denarii.	4,000	32	05	10	0
	5,000	40	07	03	2
	6,000	48	08	09	0
	7,000	56	10	02	2
	8,000	64	11	08	0
	9,000	72	13	01	2
	10,000	80	14	07	
	20,000	161	09	02	
	30,000	242	03	09	
Centum millia æris, 10,000 Denarii.	40,000	322	18	04	
	50,000	403	12	11	
	60,000	484	07	06	
	70,000	565	02	01	
	80,000	645	16	08	
	90,000	726	11	03	
Seſtertium ſemel	100,000	806	05	10	
bis	200,000	1614	11	08	
ter	300,000	2421	17	06	
&c.	400,000	3229	03	04	
	500,000	4036	09	02	
	600,000	4843	15	00	
	700,000	5651	00	10	
	800,000	6458	06	08	
	900,000	7265	12	06	